



## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Ioannis Azorii Lorcitani, Societatis Iesv Presbyteri  
Theologi, Jnstitvtiones Morales**

In Qvibvs Vnivers[a]e Qvaestiones ad Conscientiam recte aut prauè  
factorum pertinentes, breuiter tractantur

**Azor, Juan**

**Coloniae Agrippinae, 1616**

5. Eiusdem argumenti aliæ quæstiones diluuntur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14007**

obseruat Romana, & Catholica Ecclesia, videlicet Aequinoctio vernum, Lunam quartam decimam primi mensis, & primam Dominicam, quae proxime sequitur Lunam illam quartam decimam. Et ne error contingat in aliquo horum trium, statutum est a Patribus Concilij Nicenii, ut Aequinoctio vernum tribueretur dies vigesimus primus Martij, quo die tunc, aut circiter Aequinoctium fiebat. Ex quo fit ut Luna quarta decima, quae ante cedit ditem vigesimum primum Martij, centeatus pertinere ad ultimum anni mensem non autem ad primum, ac propinquum deceptum non sit ad celebrandum Pascha; que vero quartadecima Luna incurrit in vigesimum primum diem Martij: vel si in eum diem non cadit, que post diem illum vigesimum primum Martij primo occurrit, legitima sit ad Paschatis celebratum. Et hinc fit, ut omnia Nouilunia ac sola, que ab octauo die Martij usque ad quintum diem Aprilis contingunt, sint Paschalia, que sunt numeri vigintinouem, numerum viginti quatuor in ultimis viginti quatuor diebus Martij, & quinque in primis quinque diebus Aprilis.

Sexto queritur, Intra quo dierum primi mensis latitudinem possit Pascha contingere. Respondeo intra latitudinem trigesimquinque dierum. Nam constat, Pascha celebrari posse, ac debere in aliquo dierum a vigesimo secundo Martij usque ad vigesimum quintum Aprilis, deo ut primum & ultimum Pascha colli queat die vigesima secunda Martij; postremum & ultimum, die vigesima quinta Aprilis: & tota celebritas Paschalis latitudinem habeat trigesima quinque dierum; quorum primi decem ad finem Martij, ultimi viginti quinque ad principium Aprilis pertineant. Nam quando dies vigesimus primus Martij est dies Sabbati, & in eundem cadit Luna quarta decima, quae prima Paschalis est, erit in sequenti proxime die Dominicum, hoc est in die vigesima secunda Martij celebritas Paschae: & ante hunc diem Pascha legitime & rite coli non potest, nec inquam post Concilium Nicenum celebratum est. Quando item dies decimus octauus Aprilis est dies Dominicus, & in eundem diem incidit Luna quarta decima, quae postea a Paschalis est, celebrabitur Pascha die Dominicano proxime sequenti, videlicet die 15. Aprilis; post quem diem ex decreto Concilij Nicenii Pascha celebrari iure non potest, sicut igitur Nouilunium apud ad Paschae celebretatem est, quod incidit in unum dierum ab octauo die Martij usque ad quintum diem Aprilis: sic etiam Luna quattuordecima ad Paschae celebretatem apud est, quae cadit in unum dierum a vigesimo primo Martij usque ad decimum octauum diem Aprilis.

Septimo queritur, An rite celebrari possit Pascha in Luna decima quinta, aut in plenilunio primi mensis? Respondeo, posse, nam solum prohibuit Ecclesia, ne in Luna quartadecima cum hereticis Quartadecimanis celebremus non expectato die Dominicano post Lunam quartadecimam primi mensis, ac semper haec tenus Ecclesia Pascha celebratur in die Dominicano, primo mense, eo videlicet, cuius Luna quartadecima in Aequinoctium verum incidit, aut ipsum proxime sequitur. Unde fit ut Pascha celebrandum sit in prima Dominicana post Lunam quartadecimam primi mensis, quae in Lunam 15. 16. 17. & deinceps usque ad vigesimam primam inclusive, ut dicunt in curia. Beda in lib. de Ratio temporum cap. 57. primum ducet, Dominicam diem, quae post quartam decimam Lucam primo occurrit, esse Paschalem Dominicana resurrexit omnis diem. Deinde subiungit: Et si fieri pefset, ut eadem omnibus annis Sabbati die, Luna quartadecima contingat, nihil nostra Paschalem obseruantie tempus a legali dispareat: nam & ipsi, iuxta legis edicta, semper quartadecima Luna primi mensis ad vesperam immolantes & comedentes agnem immixtum carnem, sanguinemque illius ad repellendum exterminatorum nostrorum postibus affigentes, id est, agnum Baptizandi & Paschalium celebrantes solemnissimum, spiritualiter superaremus Argyrum & que illuc-

cente manu in Lucia Decimaquinta eiusdem mesis aequinoctium diem intraremus, septemque dies eiusdem celebrantur legitimos a mane quintidem dies usque vespere, viginti primi mensis ipsius, id est, Dominico Pasche usque in Dominicum Octauarum Pasche dicitur cum veneratione compleremus. Sed quoniam Luna dies exdem in die, ut a sepm. 1. deculuitur ferias, inde fit, ut qui propter resurrectionem nostri Redemptoris in Dominicum diem Pasche initium reservare docemur, aliquoties nostra festinatio septima post Legaleum azymorum exordium dejectum ingressum. Idem aperiissime tradit, cap. 59. sic dicens: Nam cum in veteri Testamento tribus argumentorum indicijs Paschale tempus sit obseruare praecepit, videlicet post Aequinoctium ut mens primo, ut tercia eius septimana; id est, a vespera quartadecima Lunae, quod est initium quartadecima usque in vesperam, id est terminum vigesima prima celebratur: quarta in eiusdem obseruatione regula est vobis a tempore Dominicæ resurrectionis imposita: ut circa Aequinoctium transferro. Luna primi mensis quartadecimam vespers, etiam facere viderimus, non statim ad facendum Pascha transfilumus, sed Dominicum, dum quo ipso Pascha, tamen transfiratur de morte ad vitam, de corruptione ad incorruptionem; de peccato ad gloriam resurgentem factre dignatus est, expiatum, in ipso tandem congrua Pasche solemniter celebramus. Et paulo post. Quoties ergo diem Dominicum, mos adveniente qua cadauna prima habemus, nihil nostrum tempore Paschalem a Legali dissonat, quamvis alijs sacramentorum generibus eiusdem Pascha solemnitas colimus. Quoties vero secunda, tercia, & quartaria, vel quinto, vel sexto vel septimo ab hinc die id est, Omissione occurrerit, nisi si quidem legem, aut Prophetas soluimus, sed Evangelicam potius gratia sacramentis adimplimus. Sic ille Quam Ecclesie confitendum ex Theophilo Alexandino Episcopo confirmat: idemque repetit, cap. 6c. & 61. & Augustinus Epist. 119. ca. 3. ad finem, ait: Tertia hebdomada Luna Pascha celebratur, id est, qui dies occurrerit a quartadecima, in vigesimam primam.

## CAP. V.

Eiusdem argumenti aliae questiones diluntur.

**P**RIMO queritur, Quotidie mensis Martij erat Aequinoctium vernum eo tempore, quo paulus est Christus? Respondet Francolinus Tract. de Temporibus Horarum Canon. cap. 75. esse communem omnium fere Scriptorum sententiam, fusile octauo Kalend. diei Aprilis, hoc est, 25. die Martij. Id probat ille auctoritate Euthenictorum: & Christianorum Scriptorum: quia ita dicit Plinius lib. 18. cap. 26. Columella lib. 9. de Rerum Natura. cap. 14. & lib. 11. cap. 2. Macrobius lib. 1. Saturna. cap. 21. Augustinus. Iheron. 22. de tempore, qui est 18. de Natali Domini. Chrysostom. hom. de Nativity. B. Ioannis Baptiste. Isidor. libr. de Natura. cap. 8. & lib. Etymolog. cap. 34. Beda de temporib. cap. 17. & de Ratione temporum ca. 28. Sed haec non omnino certa sunt. Nam Augustinus, & Chrysostomus dicunt quidem Christum mortuum esse octauo Kalend. Aprilis in Aequinoctio verno: at non exprimitur, an dies illi incidenter in ipsum Aequinoctium: sed potius sequitur die 24. secundum ipsos Patres fusile Aequinoctium: nam ut arguit Anselm. libr. 2. de Imagine c. 17. & Beda de ratione computi. si Christus mortuus est die 25. Martij, ergo die 24. ad vespertam agnum Paschalem, cum discipulis comedit: die igitur 24. erat Aequinoctium: alioqui enim si fuit Aequinoctium, die 25. Martij comedit Pascha ante Aequinoctium, cum tamen secundum legem edendum esset Luna decimaquarta, quae incidenter vel in ipsum Aequinoctium, vel proxime sequeretur post ipsum. Unde Anselm. & Beda locis citatis aiunt Aequinoctium fusile duodecimo Kalend. Aprilis, hoc est die 21. Martij. & contra eum Discipulis vnde-

cimo



cimo Kalendas Aprilis, id est, die vigesimo secundo Martij, & mortuum esse decimo Calend. Aprilis, hoc est, die 25. Martij. In eadem sententia fuit Theophilus Cælarius in Palæstina Episcopus, qui floruit circa annum Domini 200. ut constat ex epistola Synodica, quam habes apud Bedam Tomo. 2. ad finem. Eiusdem sententia videntur esse, qui sentiunt, Christum mortem paſsum fuisse decimo Calendas Aprilis, hoc est die 25. Martij: nam secundum eos consequens est, ut Pascha comedatur die 22. Martij, & Aequinoctium inciderit in diem 21. vel fatet in ipsum diem 22. Martij, ut censem Nictetus, & Græci, & senserunt olim Galli, qui teſt Beda de Ratione temp. cap. 45. quotannis celebrabant Pascha Dominicæ refutacionis 8. Calendas Aprilis, hoc est, die 25. Martij, quia secundum eos paſsus est die 25. Martij: at cœnauit cum Discipulis die 22. Martij, ergo vel tunc Aequinoctium erat, cum comedit Pascha, vel proxime præcesserat die 21. Martij. Laſtantius libro quarto capite decimo ad finem sensit Christum cruci affixum esse ante septimum Calendarios Aprilium, quod perinde est, ac si dixisset ad septimum, vel septimo Calendas Aprilis, hoc est, die 26. Martij. Necesse est secundum eum, ut CHRISTVS cœnauerit die 25. Martij, ac proinde vel tunc Aequinoctium erat, vel inciderat in diem 24. Martij.

Meo iudicio, Aequinoctium verum tempore Christi Domini erat nono Calendas Aprilis, hoc est, die 24. Martij: quod in hunc modum ostendo. Ioannes Stafſetus in suo Calendario proposit. 37. sub litera i. & Ioannes Lucidus, de die vero passionis Dominicæ cap. 5. probant, aureum numerum qui in Calendario descriptus est post correctionem anni à Iulio Cæſare factam, non habere fixam, & perpetuam sedem, sed continue paulatim suam sedem anticipare, ita ut huiusmodi anticipatio crescat in annis solaribus trecentis & quatuor fere ad diem vnum, hoc est, ad horas 23. minut. 28. secun. 52. Item Christopherus Clavius in Apologia noni Calendarij Romani libro primo, capite tertio tradit Aequinoctia, & Solsticia in annis fere 134. vno die integro, & in annis 402. diebus circiter tribus sedes suas anticipare, eo quod in quo libet anno Julianus, quo vitur Ecclesia, Aequinoctia & Solsticia sedes suas præcurrant minutis 10. & secundis 44.

Cum igitur tempore Concilij Nicenii, quod celebatur capite anno Domini 321. Patres in eo congregati Aequinoctium constituerint in die 21. Martij, consequens est, ut senserint, à tempore Iulij Cæſaris, quod ad illud tempus Concilij factam esse anticipationem per duos dies, & paulo amplius, ergo Aequinoctium tempore Christi Domini erat nono Calendas Aprilis, hoc est, die 24. Martij, in quo die Iudai secundum Legem potuerunt agnum edere Paschalem: & di statim proxime sequenti diem festum Paschæ colere. Et quod Augustinus, Chryſtoſtomus, Iſidorus aiunt, Aequinoctium fuisse octauo Calendas Aprilis, hoc est, die 25. Martij, quo die mortuus est Christus: hunc sensum habet; ante diem 25. Martij proxime præcessisse Aequinoctium: nam ante diem 25. Pascha cum Discipulis comedatur, at secundum legem dei Paschalis agnus non poterat ante Aequinoctium, sed Luna quartadecima, que in Aequinoctium incideret, vel ipsum proxime sequeretur. Quare nihil mirum est, Plinius, Columellam, & Macrobius dixerunt Aequinoctium verum fuisse octauo Calendas Aprilis, hoc est, die 25. Martij, quia proxime ante illam diem præcesserat, nimis die 24. eiusdem mensis. Quod autem Beda, & Anſelmus, & alij dixerint, Aequinoctium verum esse duodecimo Calendas Aprilis, hoc est die 21. Martij, intelligendum est eos loqui de Aequinoctio, ut est à Patribus Concilij Nicenii institutum. Tempore namque Concilij Nicenii circa annum Domini 321. Ac-

quinoctium erat die 21. Martij. Porro à tempore Concilij Nicenii, in quo fuit Aequinoctium constitutum in die 21. Martij, vtque ad nostra tempora ante correctionem Calendarij Romani factam auctoritate Gregorij XIII. Aequinoctium eam sedem deseruit versus principium mensis Martij progrediens, sed non antevenerit per plures integros dies, quam vndecim, nec per pauiores quam decem. Et propterea ante correctionem dictam Calendarij, Aequinoctium erat in die vndecima Martij.

Secundo queritur, Quare Aequinoctium vernum per nouam correctionem Calendarij Romani, sit reuocatum ad diem vigesimam primam Martij? Respondeo, varias fuisse sententias circa Aequinoctij restitutionem, eorum, qui de noua Calendarij emendatione scripserunt. Quidam cenſebant Aequinoctium relinquendum esse in die vndecima Martij, in quo die tunc reponebatur. Alij, reuocandum esse ad diem vigesimam quintam Martij, in quo erat tempore quo Filius Dei humanam naturam sibi mirabilis vinculo copulauit. Plerique, esse reducendum ad diem vigesimam primam Martij, in qua erat tempore Concilij Nicenii: & hæc opinio valuerit in noua correctione Calendarij, ut quæ minus nouitatis & mutationis continere vifa est. Nam si vel in die vndecima, vbi ante emendationem Calendarij erat, relinqueretur, vel reuocaretur ad diem vigesimam quintam Martij, oportuisset mutare omnes terminos Paschales auctoritate Concilij Nicenii constitutos, & omnia Breuiaria, & Missales libros remouere: quæ res Ecclesiæ, & Ecclesiasticos homines plurimum perturbaret: cum facienda essent impensæ maximæ in nouis libris coemendis.

Porro restitutum est Aequinoctium, ut ait, Christopherus Clavius in Apologia Calendarij noni Romani lib. 1. cap. 3. à Gregorio XIII. summo Pontifice, ad diem vigesimam primam Martij, exemptis decem diebus à mense Octobris anni 1582. ita ut post quartum diem Octobris, qui Sancto Francisco sacer est, loco diei quinti numeratus fuerit statim quintus decimus dies, decent interiectis eo anno prorsus omissis. Hac enim ratione factum est, ut verum Aequinoctium in anno sequenti M. D. LXXXIII. & alijs deinceps contigerit serius decem diebus, quam ante prædictam correctionem Calendarij. Et proinde cum ante fieret circa diem vndecimam Martij, nunc accidat circa diem vigesimam primam, ut Patres Concilij Nicenii constituerunt.

Tertio queritur, Cur facta sit correctione Calendarij decem diebus exemptis ex anno M. D. L. XXXII. non autem singulis ex singulis annis, aut mensibus detractis? Respondeo, eam correctionem: non esse factam per detractionem decem diebus ex decem mensibus, detractis singulis diebus ex singulis mensibus: nec per omissionem decem dierum intercalarium in quadraginta annis, quia multa occurrere potuissent in quadraginta annis, aut in decem mensibus, que Calendarij emendationem impedirent. Item, quia sepius cyclus Dominicalium litterarum interrumpendus fuisset, qui tamen in prædicta correctione semel tantum interruptus est. Detracti autem sunt decem dies ex mense Octobri potius, quam ex quo libet alio mense, eo quod October plures dies Sanctorum celebratibus vacuos & liberos habeat: unde factum est, ut decem dies ex eo exempti minorem perturbationem & confusionem in Diuinis officijs perfolueris apud homines Ecclesiasticos attulerit.

Quar.

Quarto queritur, Qua ratione factum sit per nouam Calendarii correctionem, ut Aequinoctium propè diem vigesimalm primam Martij, ad quam est revocatum, retineatur in posterum, ne defecat suam sedem, & versus principium mensis progrediatur, ut ante Calendarii correctionem? Respondet, institutam esse rationem: ut seruata quidem consueta ratione intercalandi unum diem quarto quoque anno, in posterum non singuli qui que centesimi anni bissexiles sunt (licet secundum consuetam rationem annorum bissexiliū singuli bissexiles esse deberent) sed primi tres centesimi post annum 1600. fiant communes, videlicet dierum tantum 365. quales sunt anni 1700. 1800. 1900. quartus autem subfrequens centesimus, id est, 2000. Bissextilis sit, seilicet diem 366. Item tres centesimi proximi 2100. 2200. 2300. eodem modo communes fiant, & quartus centesimus proximus 2400. bissextilis sit. Atque ita deinceps eodem semper ordine seruato. Huius intercalationis rationem fuisse ceteris commodiorem probat Christopherus Clavius [in predicta Apologia lib. primo cap. 5.]

Quinto queritur, Quo pacto Ecclesia Aequinoctium verum constituit in una certa die, videlicet vigesimalm primam Martij, cum duos Aequinoctium postulat, & non semper in die vigesimalm primam Martij, sed interdum vel ante, vel post contingat, videlicet in vigesimalm secundam die, aut in vigesimalm tertiā? Respondet cum Christop. Claudio in predicta Apologia lib. 1. c. 5. & Francolinio de tempore. H. Canonica. cap. 78 nr. 13. Aequinoctium verum duobus modis accipit: Aut enim accipitur vere prout in rerum natura est, & ab Astronomis consideratur: aut accipitur, prout in Calendario affigitur ad certum aliquem diem, & ab Ecclesia ad Pascha celebrandum adhibetur. Aequinoctium verum & naturale & duos dies sibi depositum, nec uno die contineri; & claudi potest, propterea quod si in aliquo anno bissexili contingat, v. g. die vigesimalm primam Martij circa meridiem, idem sequenti anno accidet sex horas tardius, videlicet die vigesimalm prima sub occasum solis, propter sex horas, que in anno quolibet communis post bissexili omittuntur: deinde proximo anno contingit die vigesimalm prima circa medianum noctem: & alio anno sequente accidet die vigesimalm secunda circa ortum solis; ac tandem sequenti anno, qui item bissextilis est, ad diem vigesimalm primam circa mediem redibit, propter integrum diem intercalarem additum. Ecclesiasticum vero Aequinoctium unum certum diem coniunctum, ut in toto terrarum orbe omnes Christiani uno eodemque die Pascha celebrent. Nam maioris ponderis & momenti est concordia & confessio Christianorum in paschate colendo; quam oblationis veri Aequinoctij: at facit est, si Aequinoctium Ecclesiasticum a naturali & vero non multum distet, quamvis aliquando non nihil differat, in hoc enim Ecclesia nulla divisione, aut naturali Lege astringitur, sed tantum Canonicius est, ut sic vel alter faciat.

Sexto queritur, An aliquando contingat ex hoc, quod Aequinoctium verum Ecclesia constitui in una certa die Martij, ut Pascha rejiciatur in secundum mensis annui, aut interdum primum mensis praeveniat, & Luna quattuordecima, que est aliudque Paschalis ex decretis Patrum, & Concilij Niceni, pertinet velad ultimum mensis anni, vel ad secundum mensis anni post Aequinoctium? Respondet cum eisdem Auctoribus id aliquando contingat, e. g. si Aequinoctium contingere die vigesimalm primam Martij in meridiem in anno bissexili, anno proxime sequenti, contingit sex horas tardius, videlicet die 21. circa occasum solis: deinde in anno sequenti accidet circa medianam noctem; in anno sequenti accidet circa medianam noctem: in tertio post bissexiliū accidet die 22. circa ortum solis: quod si forte tunc dies vigesimalm secunda Martij fuerit Dominica, celebribus Pascha in ea die; & tamen in ea die est Aequinoctium. Et Luna quattuordecima praeedit Aequinoctium, & pertinet ad ultim

mum mensis anni, non primum. Fac item Aequinoctium contingere die vigesimalm Martij, duabus horis post meridiem, & horis viginti duas ante meridiem vigesimalm diei Martij, Pascha rejicitur in secundum mensis anni, eo quod Luna quarta decima incidat ante diem vigesimalm primam Martij, & eam tanquam Lunam ultimi mensis Ecclesia habet: eo quod antecedit vigesimalm primam diem Martij, in quo Aequinoctium collauit: cum tamen cadat in ipsum diem Aequinoctium & naturalis. Ecclesia enim Lunam quartam decimam, que antecedit diem vigesimalm primam Martij, habet pro Luna duodecimi, & ultimi mensis; quanvis incidat in Aequinoctium verum & naturale, quoniam cadit ante Aequinoctium Ecclesiasticum: & Lunam quartam decimam, que cadit in diem vigesimalm primam Martij, habet pro Luna legitima, & spia ad celebratatem Paschæ, quanvis antecedit Aequinoctium verum & naturale, quia cadit in Aequinoctium Ecclesiasticum, non ante illud. Nec in his est aliquid absurdum; cum haec proueniant, quia Ecclesia unum tantum diem tribuit Aequinoctio ob concordiam omnium Christianorum in Paschate celebrando in uno eodemque die; cum tamen Aequinoctium verum & naturale duos dies depositat, vixi. Est igitur duplex Aequinoctium, verum & Ecclesiasticum; & duplex primus mensis, verus & Ecclesiasticus.

## Cap. VI.

## Aliae de celebritate Paschatis questiones soluuntur.

Primo queritur, Quota Luna primi mensis Christus Dominus una cum Discipulis suis agnum Paschalē comedit, & An eadem die, qua Christus Iudei etiam Pascha fecerit? Vetus sane & difficilis quæstio est, An eo anno quo Christus Dominus est occisus, Iudei suum Pascha celebraverint, feria quinta, hoc est, An eodem die, quo Christus, videlicet ad vesperam feria quintam, agnam immolauerint, & ederint, an vero postea feria sexta, in qua Christus est in crucem actus, Pascha comedenter ad vesperam eius feria. Quinque luper hac te sunt sententiae discipantes. Prima est Gracorum, quam secuti videntur Euhyminus in Math. c. 16. super illa verba: *Vespera autem fido discumbebat (Dominus) cum duodecim; Cedrenus in tempore His. cum agit de Augusto Imperatore Nicēphoro. lib. 1. ca. 23. eo anno Pascha diem festum in labbatum incidisse, & feria sexta ad vesperam Iudeos agnum immolasse, & comedisse, ac ita Christum Dominum agni Paschalis esum anticipasse; ut qui agnum eset Luna decima: tercia ad vesperam feria quintam. Eproinde quia ante Iordanum decimam partem Iudei fermentata pane vestabantur, Christum Apostolos in ea cena fermentato pane rulos fuisse, & in eo Eucharistie sacramentum consecrare. si enim, inquit, in feria sexta, in qua Christus est occisus, festus dies Paschatis agebar, non licet Iudeis eo die acculare, condemnare, cruce affigere, angariare, sepelire, quia omnia referunt Euangelica historia eo die Iudeos fecisse. Immo pī ac religiosi Iudei curarunt Dominicū corpus a cruce tollendim, sepulture mandandum, aroinata emenda, ac cetera paranda, quia inclinabat iam dies, ac sabbatum appetebat: ergo die ille erat profectus. Ioan. item 13. vbi ferme est de vicima Dominica cena, dicitur: *Ante diem festum Pascha: sed ea cena facta est ad vesperam feria quintam, & dies festi more Iudeico, celebrabantur ad vesperam dies usq[ue] ad vesperam sequentis: ergo ea vespera, qua Christus cenabat, iam incepserat dies festus Paschæ, si eo anno incidit in feriam sextam: sed Ioannes ait: [Ante diem festū Paschæ], ergo ea cena nequaquam fiebat in vespera sequentis diei festi. Insuper Ioan. 18. dicitur: Non introiuntem in Praitorium, ut non contaminarentur, sed**

ut man-

